



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Francisci Xaverii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

tari supra id, quod potestis. I. Cor. 10.  
v. 13. Si tentans, Fuge, Ora, Pu-  
gna. I. Fuge, si potes, nam fuga haec  
non est ingloria, imò gloria, maxi-  
me in pugna Castitatis. II. Ora, si  
non potes fugere, ita Christus consulit,  
imò præcipit Iustus Apostolis in Monte  
Oliveti. III. Pugna, si tentatio non  
cessat, & quidem animo: è quia Deus &  
auxilium præberet, & coronam promit-  
tit. Nepreu in Reflexionib. Christianis  
12. Jul.



## FESTUM S. FRANCISCI XAVERII.

*Causa Jana* **T**HESIS I. Qui enim sanctificat  
est utatis. & qui sanctificatur, ex uno omni,  
Hebr. 2. v. 14. I. Sanctus Xaverius  
fuit Sanctus, quem Preces Sanctorum  
convertebant. II. Sanctus, qui suis  
precibus alios Sanctos effecit. Prima  
constat ex oratione S. Ignatij, & Ma-  
gdalenæ Sororis Patris lui, Monialis  
San-

Sanctæ : posterius patet inde , quod  
suis precibus Martyres obtinuerit in  
Indijs.

THESES II. *A finibus terræ laudes*  
*audivimus , gloriam Justi. Isaï. 24. v.*  
16. S. Xaverius videtur esse à Deo  
destinatus I. Ut Societatem faceret  
Apostolicam , quod fecit ut *Nuntius Apo-*  
*stolicus* sua potestate & functionibus.  
II. Ut Societatem redderet Universa-  
lem , quod præstítit ut *Missionarius* , &  
quidem Primus , suis itineribus & con-  
cionibus. III. Ut Societatem facereç  
*Miraculosam* , quod obtinuit ut *Tauma-*  
*thurgus* suis miraculis & prodigijs. IV.  
Ut Societatem redderet *Beatam* , quod  
effecit primus è Societate *Beatus* , qui  
sua gloria & felicitate cœlesti eam il-  
lustrat. Durand.

Ad hunc Sanctum dilaudandum fa-  
cerer etiam Encomium illud , quod S.  
Gregorius Naz. de S. Basilio concin-  
navit sequentibus verbis : *Si omnes eum*  
*laudemus , ejus tamen meritis inferiores*  
*cuncti apparebimus ; veluti qui Solem aspi-*  
*ciunt , quamvis unus alio plus , minusve , o-*  
*mnes tamen videndo deficiunt.*

S 2 FE